

## Folium officiale Dioecesis Lavantinae.

## Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

## Kirchliches Verordnungs-Blatt für die Lavanter Diözese.

**Inhalt.** 106. Decretum S. Congregationis Rituum Urbis et Orbis super Motu proprio diei 2. Iulii 1911. — 107. Decretum S. Congregationis Rituum declaratorium eiusmodi Motu proprio diei 2. Iulii 1911. — 108. Dubia circa dies festos recenti Motu proprio „Supremi disciplinae“ suppressos. — 109. Decretum S. Congregationis Rituum canonizationis beati Ioannis Eudes, missionarii, apostolici et institutoris Congregationis Iesu et Mariae necnon ordinis B. M. V. de charitate. — 110. Decretum S. Congregationis de Religiosis circa dubia de manuscriptis Religiosorum typis edendis. — 111. S. Rituum Congregationis decretum circa dubium quoad usum lucis electricae. — 112. De consignandis iis, qui aliqua dignitate a Sancta Sede condecorati sunt, sive Clericis, sive Laicis. — 113. Cuiam dicasterio

Curiae Romanae competit vigente praesente disciplina interpretari decreta Concilii Tridentini? — 114. Autor, Zeit der Abfassung und historische Wahrheit des „Matthäus-Evangeliums“. — 115. Ablaß für die Stoßgebete „Mein Jesus, Barmherzigkeit“ oder „O Jesus im Allerheiligsten Sacramente, erbarme dich unser“. — 116. Verbotene Bücher. — 117. Vorsichtsmaßregeln bei Aufstellung von neuen Orgeln und Orgelreparaturen. — 118. Pupillarmäßige Sicherheit der Einlagen bei der Bezirksparkasse in Drachenburg. — 119. Nachsuchung nach dem Trauungschein Graf Welf-Rattay. — 120. Stiftung des Herrn Pfarrers Anton Dvorsak für kranke und hilfsbedürftige Priester. — 121. Škotijska kronika. — 122. Literatur. Slovo. — 123. Diözejan-Nachrichten.

## 106.

## Decretum S. Congregationis Rituum Urbis et Orbis super Motu proprio diei 2. Iulii 1911.

Eulgato *Motu proprio* Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae X. *De diebus festis*, diei 2. Iulii vertentis anni, nonnulli Sacrorum Antistites, ne accidat, ut dies Octava S. Ioseph, in Dominicis privilegiatis Quadragesimae occurrens, nullam in Officio et Missa commemorationem accipiat, et Officium dierum infra Octavam, Tempore Passionis adveniente, saepius omitti debeat, ab Ipso Sanctissimo Domino Nostro instantissime petierunt, ut ad augendum cultum erga S. Ioseph, Ecclesiae Universalis Patronum, Festum Eius die 19. Martii sine feriacione et sine Octava recolatur; Festum vero Patrocinii Eiusdem iuribus et privilegiis omnibus, quae Patronis principalibus competunt, augeatur, et sub ritu duplici primae classis cum Octava celebretur, prout iam in aliquibus locis et institutis recoli legitime consuevit; eo vel magis quod Tempus Paschale aptius recolendae solemnitati conveniat, et Festum idem in Dominica III. post Pascha numquam impediri valeat.

Item Reverendissimi Episcopi, quoad Solemnitatem Sanctissimi Corporis Christi, ab Eodem Sanctissimo Domino Nostro humillimis precibus postularunt, quod, remanente Feria V. post Dominicam Sanctissimae Trinitatis Eius Festo, absque tamen feriacione, externa Solemnitas ad insequentem Dominicam transferatur.

Sanctissimus Dominus Noster, referente infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, audito Com-

missionis Liturgicae suffragio, huiusmodi votis elementer deferens, firmo remanente *Motu Proprio* quoad reliqua Festa, statuit et decrevit:

I. Festum Natale S. Ioseph, die 19. Martii, sine feriacione et sine Octava, sub ritu duplici primae classis recolatur, adhibito titulo: *Commemoratio Solemnis S. Ioseph, Sponsi B. M. V., Confessoris.*

II. Festum Patrocinii Eiusdem S. Ioseph Dominica III. post Pascha, sub ritu duplici I. classis cum Octava, addita Festi primarii qualitate, recolatur sub titulo: *Solemnitas S. Ioseph, Sponsi B. M. V., Confessoris, Ecclesiae Universalis Patroni.*

III. Diebus infra Octavam et die Octava Solemnitatis S. Ioseph adhibeatur Officium, uti prostat in Appendice Octavarii Romani.

IV. Festum Sanctissimae Trinitatis, Dominicae I. post Pentecosten affixum, amodo sub ritu duplici primae classis recolatur.

V. Festum Sanctissimi Corporis Christi celebretur, absque feriacione, sub ritu duplici primae classis et cum Octava privilegiata, ad instar Octavae Epiphaniae, Feria V. post Dominicam Sanctissimae Trinitatis, adhibito titulo: *Commemoratio Solemnis Sanctissimi Corporis Domini Nostri Iesu Christi.*

VI. Dominica infra Octavam huius festivitatis, in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis, recitato Officio cum relativa Missa de eadem Dominica, unica Missa sollemnis cani potest, uti in Festo, cum *Gloria*, unica Oratione, Sequentia, *Credo* et Evangelio S. Ioannis in fine. Ubi vero non adsit Missae Conventualis obligatio, addatur sola commemoratio Dominicae sub distincta conclusione, eiusque Evangelium in fine. Hae vero Dominica peragatur sollemnis Processio cum Sanctissimo Sacramento, praescripta in Caeremoniali Episcoporum, lib. II. cap. XXXIII.

VII. Feria VI. post Octavam celebretur, ut antea, Festum Sacratissimi Cordis Iesu, sub ritu duplici primae classis.

Valituro praesenti Decreto etiam pro Familiis Regularibus et Ecclesiis, ritu latino a Romano diverso utentibus. Contrariis non obstantibus quibuscunque, etiam speciali mentione dignis.

Die 24. Iulii 1911.

L. † S. **Fr. S. Card. Martinelli**, *Praefectus*.

† **Petrus La Fontaine**, Episc. Charystien., *Secretarius*.

107.

## Decretum S. Congregationis Rituum declaratorium eiusmodi Motu proprio diei 2. Iulii 1911.

Ad quasdam liturgicas quaestiones de diebus Festis nuper propositas enodandas, inspecto *Motu proprio* Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae X. diei 2. Iulii vertentis anni 1911, una cum subsequenti Decreto *Urbis et Orbis* Sacrorum Rituum Congregationis diei 24. eiusdem mensis et anni, Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suffragio, atque approbante Ipso Sanctissimo Domino Nostro, haec statuit ac declaravit:

I. Quum Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae in posterum celebrandum sit Dominica immediate antecedente Festum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, ac proinde duae Octavae simul occurrere possint; hoc in casu agatur Officium de Octava Nativitatis S. Ioannis cum commemoratione Octavae Ss. Apostolorum.

II. Vigilia Nativitatis S. Ioannis Baptistae affigatur Sabbato ante Dominicam quae praecedit Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli. Quando in hoc Sabbato simul occurrant Vigilia Nativitatis S. Ioannis et Vigilia Ss. Apostolorum, fiat Officium de prima, cum commemoratione alterius in Missa tantum. Si vero in hoc Sabbato incidat Festum sive Officium ritus duplicis aut semiduplicis, nona lectio erit de Vigilia Nativitatis S. Ioannis, et in Missa fiat commemoratio utriusque Vigiliae.

III. In Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis, in casu praecedenti, dicatur post Nonam Missa de Vigilia Nativitatis S. Ioannis cum commemoratione Vigiliae Ss. Apostolorum. Si vero occurrat Festum IX lectionum, dicantur duae Missae Conventuales, una de Officio currenti post

Tertiam, altera de Vigilia Nativitatis S. Ioannis post Nonam, cum commemoratione Vigiliae Ss. Apostolorum.

IV. Si Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae incidat in diem 28. Iunii, secundae Vesperae integrae erunt de hac solemnitate, cum commemoratione sequentis Festi Ss. Apostolorum, iuxta Rubricas.

V. Quum ex Decreto supracitato diei 24. Iulii 1911 ad instar Octavae Epiphaniae sit privilegiata Octava Commemorationis sollemnis Sanctissimi Corporis D. N. I. C., infra hanc Octavam prohibentur etiam, tum Missae votivae pro sponsis, tum Missae cum cantu de Requie pro prima vice post obitum, vel eius acceptum nuntium; die vero Octava prohibentur Missae privatae de Requie, quae die, vel pro die obitus alias cum exequiali Missa permittuntur.

VI. Missa cum cantu de Requie die, vel pro die obitus, aut depositionis, praesente, insepulto, non ultra biduum, cadavere, vetita est in sequentibus Festis nuper suppressis, nempe Commemorationis sollemnis Sanctissimi Corporis Christi, Annuntiationis B. M. V., Commemorationis sollemnis S. Ioseph, et Patroni loci.

VII. Item praedicta Missa inhibetur in Festis Solemnitatis S. Ioseph, Sanctissimae Trinitatis, et in Dominica in quam transfertur solemnitas externa Commemorationis Sanctissimi Sacramenti.

Contrariis non obstantibus quibuscunque, etiam speciali mentione dignis.

Die 28. Iulii 1911.

L. † S. **Fr. S. Card. Martinelli**, *Praefectus*.

† **Petrus La Fontaine**, Episc. Charystien., *Secretarius*.

**Romana et aliarum.**

**Dubia circa dies Festos recenti Moto Proprio  
„Supremi disciplinae“ suppressos.**

Sacrae Congregationi Concilii circa interpretationem eorum quae nuperrimo Motu Proprio *De diebus festis* a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X. die 2. mensis Iulii hoc anno 1911 edito constituta sunt, dubia quae sequuntur enodanda proposita fuerunt:

I. An in festis nuperrimo Motu Proprio suppressis quoad forum, nempe Sanctissimi Corporis Christi, Purificationis, Annuntiationis et Nativitatis B. M. V., S. Ioseph Sponsi eiusdem B. M. V., S. Ioannis Apostoli et Evang., et Patroni cuiusque loci vel dioecesis, obligatio remaneat Sacrum faciendi pro populo.

II. An in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis omnia in praedictis festis suppressis servanda sint prout

in praesenti sive quoad officiaturam choralem, sive quoad solemnitatem tum Missarum tum Vesperarum.

III. An festa ex voto vel constituto, auctoritate etiam ecclesiastica firmato sancita, a numero festorum cum obligatione sacrum audiendi vigore novissimae huius legis expungantur.

IV. An eadem lex novissima de diebus festis servandis immediate vigeat.

S. C. Concilii omnibus mature perpensis, ex speciali facultate a Sanctissimo D. N. Pio PP. X. tributa, ad omnia haec dubia respondendum censuit: *Affirmative.*

Datum Romae ex Secretaria S. C. Concilii, die 8. Augusti 1911.

C. Card. **Gennari**, *Praefectus.*

B. **Pompili**, *Secretarius.*

L. † S.

**S. Congregationis Rituum Decretum canonizationis beati Ioannis Eudes, Missionarii Apostolici et Institutoris Congregationis Iesu et Mariae necnon Ordinis B. M. V. de Charitate.**

Evulgatis Litteris Apostolicis in forma Brevis Sanctissimi Domini Nostri Pii divina providentia Papae X. beatorum coelitem honores decernentibus Ven. Servo Dei Ioanni Eudes, Missionario Apostolico, Confessori, solemnisque insimul Beatificationis in Patriarchali Basilica Vaticana, coram frequentissimo clero et populo, ex dissitis quoque locis confluyente, peractis die 25. Aprilis an. 1909, indultam novensili Beato venerationem Christifidelium pietas et fiducia in ipsum clariores in dies subsequutae sunt, quae longe lateque patent intra et extra Europam, auctae etiam post triduanas festivitates per annum a beatificatione decursum, iuxta morem, celebratas. Quum vero nova signa et prodigia, Beato Ioanne intercedente, divinitus patrata ferantur, firma spes affulsit Causae actoribus ipsisque Institutis ab eodem Beato fundatis, tam Sacerdotum Iesu et Mariae quam Sororum B. M. V. de Charitate, dilecto Patri legifero supremos coelitem honores sanctique nomen et cultum ab Apostolica Sede, iteratis precibus servatoque iuris ordine, mox impetrandi. Hinc instante Reverendissimo P. Gabriele Mallet, Congregationis Iesu et Mariae Procuratore Generali et Causae Postulatore, attentisque obsequentissimis litteris postulato-riis Reverendissimi Domini Episcopi Baiocensis necnon Reverendissimi Superioris Generalis Eudianae Congregationis et tam Antistitae Generalis Congregationis Andegavensis B. M. V. de Charitate a Bono Pastore quam

Praepositae Monasterio Cadomensi — erectionis ordine ac tempore prae ceteris primo — N. D. de Charitate a Refugio, supplicia quoque consodalium vota depromentium, Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Dominicus Ferrata eiusdem Causae Ponens seu Relator in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu subsignata die ad Vaticanum coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: „An sit signanda Commissio Reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?“ Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Eminentissimi Ponentis, audito etiam R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, omnibus sedulo perpensis rescribere rati sunt: „Signandam esse reassumptionem si Sanctissimo placuerit“. Die 30. Maii 1911.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X. per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua sententiam Sacrae eiusdem Congregationis ratam habuit et confirmavit propriaque manu signare dignata est Reassumptionem Causae Canonizationis Beati Confessoris Ioannis Eudes, Missionarii Apostolici et Institutoris Congregationis Iesu et Mariae necnon Ordinis B. M. V. de Charitate. Die 14. Iunii 1911.

L. † S.

Fr. S. Card. **Martinelli**, *Praefectus.*

† **Petrus La Fontaine**, Episc. Charystien., *Secretarius.*

110.

S. Congregatio de Religiosis.

Dubia de manuscriptis Religiosorum typis edendis.

Quaesitum est ab hac Sacra Congregatione de Religiosis:

I. An Religiosi pertinentes ad Instituta votorum simplicium iisdem teneantur legibus ac Regulares votorum solemnium, quoad *Imprimatur* seu beneplacitum a suis Superioribus expostulandum, quoties aliquod suum manuscriptum in lucem edere cupiunt?

II. An Religiosi, quoties eis a suis Moderatoribus publicatio alicuius manuscripti fuerit interdicta, vel *Imprimatur* denegatum, possint idem manuscriptum alicui typographo tradere, qui illud publicet cum *Imprimatur* Ordinarii loci, suppresso auctoris nomine?

Eminentissimi autem Cardinales Sacrae Congregationis de Religiosis, in plenario Coetu ad Vaticanum ha-

bito die 2. mensis Iunii 1911, suprascriptis Dubiis responderunt:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Quam Eminentissimorum Patrum responsionem Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa Decimus, referente infrascripto Sacrae Congregationis Secretario, ratam habuit et confirmavit, die 11. Iunii 1911.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 15. Iunii 1911.

L. † S.

Fr. I. C. Card. Vives, Praefectus.

† Donatus Archiep. Ephesinus, Secretarius.

111.

S. Rituum Congregatio.

Dubium.

Expotulatum est a Sacrorum Rituum Congregatione: Utrum liceat, iuxta prudens Ordinarii iudicium, tempore expositionis privatae vel publicae, interiorum partem Ciborii cum lampadibus electricis in ea collocatis illuminare, ut Sacra Pixis cum Sanctissimo Sacramento melius a fidelibus conspici possit?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti

Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suffragio, praepositae quaestioni respondendum censuit: *Negative*.

Atque ita rescripsit, die 28. Iulii 1911.

L. † S.

Fr. S. Card. Martinelli, Praefectus.

† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., Secretarius.

112.

De consignandis iis, qui aliqua dignitate a Sancta Sede condecorati sunt, sive Clericis, sive Laicis.

Cum Beatissimi Patris sit voluntas, etiam in Constitutione „Sapientis Consilio“ patefacta, ut sive „Acta Apostolicae Sedis“ sive Annuarium quod inscribitur „La Gerarchia Cattolica, la Capella e la Familia Pontificia“ maxima cura maximeque diligentia exarentur, conscripti sunt iam anno elapso ad mandatum Reverendissimi Ordinarius omnes decorati aliqua distinctione Pontificia inter *Clericos*.

Ex decreto Secretariae Status Suae Sanctitatis de die 15. Iunii a. c. *extensum* est hoc officium condecora-

torum, *nomen* suum cum reliquis *circumstantiis*, quae infra adducuntur *significandi* via respectivi Ordinarius Secretariae Status etiam ad *Laicos*.

Iubentur ergo hisce omnia officia parochialia, ut iuxta duo schemata apposita usque ad diem 1. Septembris cuiuscumque anni Reverendissimo Ordinarius notitias requisitas et quidem praecise ad amussim rubricarum in schemate contentarum transmittant.

Notitiae ad Secretariam Status a Reverendissimis Ordinariis quotannis intra mensem Septembris mittendae circa Ecclesiasticos in Sua Dioecesi commorantes, qui aliqua dignitate a S. Sede condecorati sunt.

Nomen et Cognomen	Titulus <sup>1</sup> quo exornatus est atque concessionis dies	Officium et gradus, quibus insignitur in Clero Dioecesano	Si vertente anno demortuus fuerit, dies interitus adnotetur.	Observationes ac notitiae confidentiales

<sup>1</sup> Tituli esse possunt: Protonotarius Apostolicus; Praelatus Domesticus; Cubicularius Secretus, Supra Numerum vel Honoris vel extra Urbem; Capellanus Secretus vel extra Urbem.

Circa Laicos ad Aulam Pontificiam pertinentes.

Nomen et cognomen et titulus gentilitius	Titulus aut gradus in Aula Pontificia obtentus <sup>1</sup> et dies concessionis	Si vertente anno demortuus fuerit, dies interitus adnotetur	Observationes atque notitiae confidentiales

<sup>1</sup> Declaretur, utrum sit Cubicularius Secretus an Honoris ab Ense et Lucerna, Supra Numerum. (Cameriere Segreto, o d'onore, di cappa e spada).

113.

## Quinam dicasterio Curiae Romanae competit vigente praesente disciplina interpretari decreta Concilii Tridentini?

*Romana* — 11. Febr. 1911. — Sacrae Congregationi Consistoriali ea quae sequuntur dubia proposita sunt solvenda:

1<sup>o</sup> an, post ordinationem Romanae Curiae a Pio PP. X. statutam, Sacrae Congregationi Concilii adhuc competat exclusiva facultas authentice interpretandi omnia Concilii Tridentini decreta, quae ad morum reformationem, disciplinam aliaque huiusmodi pertinent Summo Pontifice consulto;

2<sup>o</sup> an facultas authentice interpretandi Concilii Tridentini decreta aliasque leges ecclesiasticas vi Constitutionis *Sapienti Consilio* sit singulis Sacris Congregationibus commissa secundum propriam cuiusque competentiam, salva Romani Pontificis approbatione;

3<sup>o</sup> an eadem potestas competat sacris tribunalibus Romanae Rotae et Signaturae Apostolicae;

4<sup>o</sup> an iisdem sacris tribunalibus competat saltem facultas decreta Concilii Tridentini aliasque leges ecclesiasticas interpretandi iuridice in casibus particularibus, ita nempe ut ius faciant inter partes in causa.

Eminentissimi Patres huius Sacrae Congregationis in generali coetu die 9. Februarii 1911 habito, omnibus mature perpensis, respondendum censuerunt:

Ad I et III *negative*; ad II et IV *affirmative*.

In sequenti vero die, quum hae dubiorum resolutiones Sanctissimo D. N. Pio PP. X. ab infrascripto Cardinali Secretario relatae sint, Sanctitas Sua eas ratas habuit et confirmavit.

Datum Romae ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die 11. Februarii anno 1911.

C. Card. De Lai, *Secretarius*.  
S. Tecchi, *Adessor*.

114.

## Autor, Zeit der Abfassung und historische Wahrheit des „Matthäus-Evangeliums“.

Propositis sequentibus dubiis Pontificia Commissio „de re Biblica“ ita respondendum decrevit.

I. Utrum, attento universali et a primis saeculis constanti Ecclesiae consensu, quem luculenter ostendunt diserta Patrum testimonia, codicum Evangeliorum inscriptiones, sacrorum librorum versiones vel antiquissimae et catalogi a Sanctis Patribus, ab ecclesiasticis scriptoribus, a Summis Pontificibus et a Conciliis traditi, ac tandem usus liturgicus Ecclesiae orientalis et occidentalis, affirmari certo possit et debeat Matthaeum, Christi Apostolum, revera Evangelii sub eius nomine vulgati esse auctorem?  
Resp.: Affirmative.

II. Utrum traditionis suffragio satis fulciri censenda sit sententia quae tenet Matthaeum et ceteros Evangelistas in scribendo praecessisse, et primum Evangelium patrio sermone a Iudaeis palaestinensibus tunc usitato, quibus opus illud erat directum, conscripsisse?  
Resp.: Affirmative ad utramque partem.

III. Utrum redactio huius originalis textus differri possit ultra tempus eversionis Hierusalem, ita ut vaticinia quae de eadem eversione ibi leguntur, scripta fuerint post eventum; aut, quod allegari solet Irenaei testimonium (Advers. haeres., lib. III. cap. I. n. 2), incertae et con-

troversae interpretationis, tanti ponderis sit existimandum, ut cogat reicere eorum sententiam qui congruentius traditioni censent eandem redactionem etiam ante Pauli in Urbem adventum fuisse confectam?

Resp.: Negative ad utramque partem.

IV. Utrum sustineri vel probabiliter possit illa modernorum quorundam opinio, iuxta quam Matthaeus non proprie et stricte Evangelium composuisset, quale nobis est traditum, sed tantummodo collectionem aliquam dictorum seu sermonum Christi, quibus tamquam fontibus usus esset alius auctor anonymus, quem Evangelii ipsius redactorem faciunt?

Resp.: Negative.

V. Utrum ex eo quod Patres et ecclesiastici scriptores omnes, imo Ecclesia ipsa iam a suis incunabulis, unice usi sunt, tamquam canonico, graeco textu Evangelii sub Matthaei nomine cogniti, ne iis quidem exceptis, qui Matthaeum Apostolum patrio scripsisse sermone expresse tradiderunt, certo probari possit ipsum Evangelium graecum identicum esse quoad substantiam cum Evangelio illo, patrio sermone ab eodem Apostolo exarato?

Resp.: Affirmative.

VI. Utrum ex eo quod auctor primi Evangelii scopum prosequitur praecipue dogmaticum et apologeticum

demonstrandi nempe Iudaeis Iesum esse Messiam a prophetis praenuntiatum et e davidica stirpe progenitum, et quod insuper in disponendis factis et dictis quae enarrat et refert, non semper ordinem chronologicum tenet, deduci inde liceat ea non esse ut vera recipienda; aut etiam affirmari possit narrationes gestorum et sermonum Christi, quae in ipso Evangelio leguntur, alterationem quamdam et adaptationem sub influxu prophetiarum Veteris Testamenti et adultioris Ecclesiae status subisse, ac proinde historicae veritati haud esse conformes?

Resp.: Negative ad utramque partem.

VII. Utrum, speciatim solido fundamento destitutae censeri iure debeant opiniones eorum, qui in dubium revocant authenticitatem historicam duorum priorum capitum, in quibus genealogia et infantia Christi narrantur, sicut et quarundam in re dogmatica magni momenti sententiarum,

uti sunt illae quae respiciunt primatum Petri (Matth. XVI, 17—19), formam baptizandi cum universali missione praedicandi Apostolis traditam (Matth. XXVIII, 19—20), professionem fidei Apostolorum in divinitatem Christi (Matth. XIV, 33), et alia huiusmodi, quae apud Matthaem peculiari modo enuntiata occurrunt?

Resp.: Affirmative.

Die autem 19. Iunii 1911 in audientia utriusque infrascripto Reverendissimo Consultori ab Actis benigne concessa, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X. praedicta responsa rata habuit ac publici iuris fieri mandavit.

Romae, die 19. Iunii 1911.

**Fulcranus Vigouroux**, Pr. S. S.

**Laurentius Janssens**, O. S. B.

Consultores ab Actis.

115.

**Ablatz für die Stofgebete „Mein Jesus, Barmherzigkeit“ oder „O Jesus im Allerheiligsten Sakramente, erbarme Dich unser“.**

**Pius PP. X.**

Ad perpetuam rei memoriam. — Nihil Nobis ex divinitus commisso Supremi Apostolatus munere acceptum magis gratumque est, quam ut in christiano populo pia ac frugifera promoveatur consuetudo fundendi Summo bonorum omnium datori Deo crebras atque iteratas ex imo corde invocationes, ad praesens illius patrocinium suppliciter impetrandum. Hoc quidem consilio ductus Pius PP. IX. rec. mem. Decessor Noster, die XXIV. mensis Septembris anno MDCCCXXXVI fidelibus assuetis invocationi „Gesù mio misericordia“ toties lucranda quoties ipsam invocationem emisissent, centum dierum indulgentiam largitus est: Nosque ipsi, datis sub piscatoris annulo Litteris die VI. mensis Iulii anno MDCCCXCIX fidelibus aliam invocationem „O Iesu in Sanctissimo Sacramento, miserere nobis“ devote recitantibus, similem centum dierum remissionem benigne in Domino concessimus. Nunc autem, ingruentibus in dies adversus Ecclesiam calamitatibus, opportunum consilium videtur, fideles unanimi precum communione coelestem opem instanter efflagitare, eosque iteratis piis invocationibus animum mentemque ad Deum excitare, divinique amoris Sacramentum potissimum recollere. Id summopere cupientes, ut ad haec pietatis officia implenda magis magisque iidem fideles alliciantur, partiales superenunciatas indulgentias dictis invocationibus adnexas,

Apostolica Nostra Auctoritate amplificandas censemus. Quae cum ita sint, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, praesentium tenore, singulis atque universis fidelibus ex utroque sexu, qui ubique terrarum et quolibet idiomate, dummodo versio fidelis sit, contrito saltem corde, ac devote recitent vel iaculatoriam precem quae italice audit „Gesù mio, misericordia“, vel aliam iaculatoriam „O Iesu in Sanctissimo Sacramento, miserere nobis“, quoties id agant, toties, in forma Ecclesiae consueta, de numero poenaliu dierum trecentos expungimus. Porro largimur fidelibus ipsis, si malint, liceat partialibus his indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Praecipimus vero ut priorum concessionum Apostolicarum quas recensuimus tenor ita amplificetur sicuti illum per praesentes Auctoritate Nostra amplificamus. Praesentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Tandem mandamus ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die XX. Maii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

L. † S.

**R. Card. Merry del Val**, a Secretis Status.

## Verbotene Bücher.

### Decretum.

*Feria II. die 12. Iunii 1911.*

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium a Sanctissimo Domino nostro Pio PP. X. Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in palatio Apostolico Vaticano die 5. Iunii 1911, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

„Der Modernisteneid. Ein Appell an deutsche Priester von Clericus Germanicus. Augsburg, 1910.“

Dr. W. Koch und Dr. O. Wecker, „Religiös-wissenschaftliche Vorträge. Dritte Reihe: Katholizismus und Christentum. I. u. Aufl. Rottenburg, 1910.“

Auguste Humbert, „Les origines de la Théologie

moderne. — I. La Renaissance de l'antiquité chrétienne (1450—1521). Paris, 1910.“

Ottokár Prohászka, „Az intellektualismus túlhaitásai. Budapest, 1910.“ — „Több békességet (in Egyházi Közlöny, Dec. 23. 1910.“ — „Modern Katholicizmus. Budapest, 1907.“

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedieta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X. per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae, die 6. Iunii 1911.

F. Card. Della Volpe, Praefectus.

L. † S.

Thómas Esser, O. P., Secretarius.

## Vorsichtsmaßregeln bei Aufstellung von neuen Orgeln und Orgelreparaturen.

Von der hochlöblichen k. k. Statthalterei gelangte unterm 11. August 1911 Z. 6  $\frac{2456}{1}$  anher nachstehende Note:

„In einzelnen Fällen hat es sich gezeigt, daß bei Orgelauswechslungen und Orgelreparaturen auf die Konstruktion und Tragfähigkeit des Orgelchores oftmals eines besonderen Augenmerkes bedarf und daß eine verspätete Instandsetzung der Chorkonstruktion mit Schwierigkeiten und namhaften Mehrauslagen verknüpft ist.

Um nun in dieser Richtung im ganzen hierländischen Verwaltungsgebiete einen einheitlichen Vorgang herzustellen, hat das k. k. Arbeitsministerium nachstehenden Vorgang vorgeschlagen, der infolge Erlasses des k. k. Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 21. Juli 1911, Z. 31.904 in künftigen Fällen zu befolgen sein wird.

In Fällen, in denen eine bestehende Kirchenorgel durch eine neue ersetzt werden soll, ist die Chorkonstruktion gleich nach erfolgter Abtragung der alten Orgel rücksichtlich der Tragfähigkeit zu untersuchen.

Auch wenn eine bestehende Orgel behufs Reparatur auseinander genommen und abgetragen wird, ist die Untersuchung des Chores vorzunehmen, einerlei, ob das Orgelgewicht nach der Wiederherstellung vergrößert wird oder unverändert bleibt.

Die Untersuchung muß eine allseitige sein und sich sowohl auf den Fußbodenbelag als auch auf sämtliche tragende Teile des Orgelchores erstrecken.

Ergibt diese Untersuchung die Notwendigkeit einer Rekonstruktion des Orgelchores, so ist mit der Wiederaufstellung der Orgel bis nach erfolgter Durchführung der Rekonstruktion zuzuwarten. Die Wiederaufstellung einer Orgel vor Durchführung der als notwendig erkannten Rekonstruktion des Orgelchores kann nach Vornahme der zur Sicherung des Bestandes nötigen provisorischen Vorkehrungen nur ausnahmsweise in besonders berücksichtigungswerten Fällen zugestanden worden.

Hievon beehrt sich die Statthalterei das hochwürdige F. B. Lavanter Ordinariat mit dem diensthöflichen Ersuchen in Kenntnis zu setzen, die unterstehenden Pfarr- und sonstigen Seelsorgeämter, sowie allenfalls die anderen in Betracht kommenden Kirchenvermögens-Verwaltungen entsprechend zu instruieren.“

Wollen die hochwürdigen Herren Pfarrer im gegebenen Falle im Sinne dieser Verordnung vorgehen, damit etwaigen Gefahren, die aus zu schwachem Orgelchore entstehen könnten, vorgebeugt wird.



118.

### Pupillarmäßige Sicherheit der Einlagen bei der Bezirksparkasse in Drachenburg.

Auf mehrmalige Anfragen hat die hochlöbliche k. k. Statthalterei am 2. September 1911, Z. 8<sup>2214</sup><sub>1</sub> 1911 diesbezüglich nachstehende Antwort zu erteilen gefunden:

„Die Bezirksparkasse in Drachenburg gehört zu jenen regulativmäßigen österr. Sparkassen, bei welchen die frucht-

bringende Anlage von Geldern mit Pupillarsicherheit gestattet ist u. zw. für Mündel- und Kurrandengelber laut Ges. vom 15. September 1909, R. G. Bl. Nr. 198 bis zum Betrage von 3000 K (dreitausend Kronen).

119.

### Nachsuchung nach dem Trauungsschein Graf Welz—Ratkay.

Das hochwürdigste F. B. Lavanter Ordinariat wurde ersucht, den Trauungsschein des Sigmund Laurenz Anton Graf Welz mit Maria Regina Maximiliana Gräfin Ratkay, Tochter des Grafen Sigmund Ratkay und der Regina Sophia Gräfin Gaisprutz, ausfindig zu machen. Dabei wird bemerkt, daß diese Trauung zwischen den Jahren 1695—1703 ge-

sehen sein soll, und daß die Familie Ratkay in Untersteiermark ansässig war.

Für die Zustandebingung des Trauungsscheines ist ein Preis von 30 K zugesagt worden.

Im Auffindungsfalle ist ein gestempelter Trauungsschein anher in Vorlage zu bringen.

120.

### Stiftung des Herrn Pfarrers Anton Dvorsak für kranke und hilfsbedürftige Priester.

Mit Beziehung auf die im h. ä. Kirchl. Verordnungsblatte Nr. VI ex 1893 Abs. V veröffentlichten Bestimmungen der vom Titl. Herrn F. B. Geistl. Rat Anton Dvorsak, Pfarrer zu St. Veit bei Montpreis, für kranke und hilfsbedürftige Priester errichteten Stiftung, werden nachstehend die Namen jener wohllehrwürdigen Priester bekannt gegeben, die seit der im Jahre 1908 erfolgten im h. ä. Kirchl. Verordnungsblatte Nr. X ex 1908 Abs. 99 ausgewiesenen Verteilung, mit den Interessen dieser Stiftung bedacht worden sind.

Johann Čagran über dessen spezielles Ansuchen auf Rechnung der Interessen des nachfolgenden Jahres 1909 der Betrag per 50 K zugemittelt.

Die weiteren Interessen des Jahres 1909 sowie jene des Jahres 1910 wurden verteilt wie folgt:

Dem pens. Pfarrer Herrn Johann Wolf . . .	100 K
„ pens. Pfarrer Herrn Georg Galun . . .	50 „
„ Herrn Pfarrer Johann Jodl . . . . .	50 „
„ Herrn Pfarrer Johann Toman . . . . .	50 „
„ Herrn Pfarrer L. Skuherský . . . . .	50 „
Zusammen . . .	300 K

Im Dezember 1908 wurde dem wohlerrw. Pfarrer Herrn

121.

### Škofijska kronika.

O novih slikanih oknih in drugih popravilih v cerkvi sv. Križa pri Ljutomeru je tamošnji kn. šk. župnijski urad z dopisom z dne 25. avgusta 1911, št. 302, naslednje poročilo semkaj predložil:

V naši župnijski cerkvi se je dne 30. julija t. l., ko se tukaj obhaja patrocinij sv. Ane, vršila prav lepa slovesnost. Mnogočastiti g. Ljutomerski dekan Martin Jurkovič je nam ta dan ob asistenci vseh župnikov Ljutomerske dekanije blagoslovil sedem novih slikanih oken, katere krasijo ladjo župnijske cerkve in kapelo sv. Ane. Že leta 1901 je kn. šk. župnijski urad naznanil prečastitemu kn. šk. ordinariatu, da namerava s pomočjo

blagih dobrotnikov in požrtvovalnih župljanov olepšati župnijsko cerkev z umetno slikanimi okni. Kn. šk. Lav. ordinariat se je v dopisu z dne 27. maja 1901 št. 1517 pohvalno izrazil o tej nameri in predložena načrta za okna odobril s temi le besedami: „Priloženi načrti za nova slikana okna so se odobrili in bodo tista gotovo hišo božjo razsvetljevala ne samo z naravno, ampak po svetih slikah tudi z nadnaravno svetlobo.“ Že istega leta 1901 se je ta namera deloma izvršila, ko je presbiterij dobil pet od znane firme „Neuhauser, Dr. Jelle & Comp. Innsbruck“ umetno izdelanih oken. Cena teh peterih oken je bila 2990 K 50 h. Ker je v istem letu bil postavljen

sedanji novi gotiški glavni altar, je dne 28. julija 1901 oboje, novi altar in okna, blagoslovil takrat še živeči preč. g. stolni dekan Dr. Ivan Križanič. To blagoslovljenje je bilo poslednje njegovo slovesno opravilo, ker je par dni pozneje t. j. dne 31. julija tukaj pri sv. Križu v Gospodu zaspal. V blag spomin se je letos dne 31. julija tukaj pri nas vršilo slovesno mrtvaško opravilo za pokojnega gospoda, katerega opravila so se razen domače duhovščine še udeležili častiti gospodje: Jožef Kardinar, profesor v Celju, Franc Štuhec, kaplan pri sv. Miklavžu blizu Ormoža in Anton Postružnik, kaplan pri Malinedelji. Pri isti firmi kakor okna v presbiteriju je bilo letos izdelanih še 7 novih slikanih oken in sicer šest za ladjo cerkve in ena za kapelico sv. Ane. Okno v kapelici sv. Ane je okrašeno z doprsnima podobama sv. Jožefa in sv. Terezije. V roži nad podobama so znaki mašništva: mašne knjige, kelih in štola. Spodaj ob robu je napis: „Daroval č. g. Jožef Kardinar, c. kr. profesor v Celju ob 20 letnici mašništva 1911.“ Cena 560 K. Pri krstnem kamnu na ženski strani je preprostejše okno s svetopisemskim rekom: „Pojdite in učite vse narode, in krščujte jih v imenu Očeta in Sina in Svetega Duha.“ Mat. 28. 19. Spodaj je napis: „V spomin 20 letnice povekšanja cerkve 1891.—1911.“

Nasproti temu oknu je na moški strani pri altaru sv. Sebastijana enako okno z svetopisemskimi besedami: „Tvoji hiši se svetost spodobi, o Gospod, na večne čase. Ps. XCII, 5.“ Ker je oboje teh oken obljubil plačati gospod Teodor Schenkel, inženjer v Gradcu, za vsako po 350 K, skupaj toraj 700 K in je od te vsote že plačal 400 K, je na tem oknu spodaj napis: „Svoji domači cerkvi daroval g. inženjer Teodor Schenkel. 1910.“ Gospod Teodor Schenkel je namreč slednji potomec rodu Schenkel, kateri so nekdanj gospodovali v gradiču Lukavci v naši župniji. Nad stranskimi vrati v sredini ladje imamo bogateje okrašena okna in sicer: na moški strani zgoraj v roži doprsno podobo sv. Frančiška Asiškega, v oknu podobi presv. Srca Jezusovega in preč. Srca Marijinega z napisom: „Bogu v čast in svojim staršem Ivanu in Frančiški Kralj v spomin. 1911.“ — Nasproti temu oknu je enako okno, zgoraj v roži z doprsno podobo sv. Janeza evangelista, v oknu z znaki presv. imena Jezusovega in imena Marijinega in spodaj z napisom: „Darovale Marija, Terezija in Frančiška Kralj. 1911.“ Vsako teh dveh oken stane 420 K, skupaj 840 K, katero vsoto so darovale tri pobožne sestre. Slednji dve okni v bližini kora so izdelani kot preprosti „Teppichmuster“ brez posebnih okraskov. Na vsakem teh oken je spodaj kratek latinski napis, ki nam pove, kdo je cerkev sezidal in kdo jo je okrasil. Za ta okna ni bilo posebnih dobrotnikov, zato se bodo izplačale

s prostovoljnimi nadplačili pri prodaji cerkvenih sedežev. Skupna cena vseh 7 novih oken je 2848 K; od te vsote je že izplačan znesek 2100 K, tako da še preostane začasnega dolga 748 K. Za okno v žagredu, ki sedaj še ni bilo naročeno, je neka pobožna deklica z imenom Jožefa Čagran že darovala 350 K. Okna so tako vkusno izdelana, da so splošno zadovoljile vse gospode, ki so jih videli, zlasti pa jih je veselo ljudstvo in to tembolj, ker so svetla in ne kakor običajno pretemna. Sedaj ob prazniku sv. Ane se je tudi menza altarja sv. Ane prenovila. Poprej je bila menza preozka ali bolje rečeno preplitva in oblečena z lesenim obodom, ki je pa popolnoma strohnel. Mladi mojster Franc Marinič iz Kokarič je iz hvaležnosti, da jo dobro prestal zidarski mojsterski izpit, dal narediti iz cementa gotiško oblikovano menzo, ki sedaj, ko je tudi slogu primerno pobarvana, nadomestuje vsako dragoceno marmornato menzo. V čast sv. Ani in sv. Frančišku Asiškemu je neka vdova z imenom Frančiška Cof pri šolskih sestrah v Mariboru naročila nov beli mašni plašč, ki se je rabil v prvič na praznik sv. Ane. Mašni plašč je stal 262 K, ki jih je izplačala omenjena dobrotnica. Obenem z novim plaščem so šolske sestre popravile dragoceni ornat in še neki mašni plašč. Vso to popravilo stane 169 K in se bo poravnalo iz cerkvene blagajne.

Tako je tukajšnja cerkev letos dobila nove okraske, in so se izvršila nekatera potrebna in važna opravila na cerkveni opravi. Sedaj se bo še naročilo okno v žagred, kakor je darovateljica Jožefa Čagran želela, potem pa hoče župnijski urad z vso vnemo še iti k izvršitvi poslednjega dela, ki še ga čaka t. j. k nabiranju denarja za nove orgle, ki še manjkajo naši cerkvi. Če Bog da potrebnega blagoslova, se sme zanesljivo reči, da bodo za pet let našo cerkev kinčale nove orgle in da se bo 25 letnica zidanja cerkve lahko obhajala z blagoslovljenjem novih orgel.

Pri sv. Juriju v Slov. gor. se je vršilo, kakor poroča tamošnji kn. šk. župnijski urad z dopisom z dne 28. septembra t. l., ponovljenje sv. misijona. Vodili so pobožnost gg. misijonarji od sv. Jožefa pri Celju: Franc Kitak, Vinko Krivec in Janez Zdravljih. Izpovedovati sta pomagala čč. g. Franc Kovačič, profesor bogoslovja v Mariboru, in P. Juvenal Pichler, frančiškan od sv. Trojice v Slov. gor., deloma tudi čč. gg. iz sosednih župnij. Farani brez izjeme, hvala Bogu, so se udeleževali pobožnosti prav pridno. Cerkev je bila pri vseh pridigah polna. Obhajanih je bilo do 3500 ljudi. Ob obhajilni mizi so bili videti nekateri možje in fantje, ki se na tem mestu navadno ne zapazijo. Dobri farani so prav hvaležni za to pobožnost. Dal Bog, da bi seme Božje besede čč. gg. misijonarjev obrodilo tisočeri sad!

## Literatur. Slovstvo.

1. Im Theaterverlag Val. Höfling, München, Lämmerstraße 1, ist soeben erschienen das erste Heft des 1. Jahrganges der Monatschrift: Die Mädchenbühne. Monatschrift für Jungfrauenvereine, weibliche Dilettantenbühnen, Mädcheninstitute, Schulen und Kindergärten. — Da der Zweck des Unternehmens ist, den vielen Jungfrauenkongregationen und Mädchenvereinen, wie auch den Instituten und Schulen eine gesunde, kräftige Nahrung zu bieten, die den Sinn mit Wissenswertem und Gutem bereichert, die das empfängliche weibliche Gemüt für hohe und heilige Ideale begeistert, die die Seele zu Opfermut und Pflichtgefühl, für Entfagung und Himmelssehnsucht entflammt, so sei die genannte Monatschrift zur Bestellung und Lesung den interessierten Kreisen unserer Diözese bestens empfohlen. Bezugspreis: ganzjährig 12 Hefte mit Zustellung durch Kreuzband Mark 4,80. Preis des einzelnen Heftes 50 Pfennige.

2. Desgleichen werden zur Abnahme und weiteren Verbreitung empfohlen die „Blätter für Armenwesen und Jugendfürsorge.“ Herausgegeben vom Landesverbande für Wohltätigkeit in Steiermark. Schriftleiter: Josef Göri, k. l. Stadtschulinspektor. — Die Blätter haben bereits den 15. Jahrgang erlebt. Preis des ganzen Jahrganges 3 K; eine Nummer kostet 40 h; eine Doppelnummer 70 h. Die Verwaltung der Blätter befindet sich in Graz, Mehlsplatz 1.

3. V založbi „Katoliške Bukvarne“ v Ljubljani ste izišli dve knjigi, spisani od Gregorja Pečjak, doktorja bogoslovja in kateheta na c. kr. II. drž. gimnaziji v Ljubljani: Katoliška dogmatika: Resnice katoliške vere in Katoliška etika: Življenjepok katoliški veri. Cena vezani knjigi 2 K 80 v, skupaj vezani 5 K 30 v. — Knjigi kn. šk. ordinariat rad in z veseljem priporoča. Z njimi ste spisani dve prekoristni knjigi za verski poduk na višjih razredih srednjih šol s slovenskim učnim jezikom. Vsebina obeh knjig je povsem stvarna, razdelitev obširne snovi točna in pregledna, razlaga verskih resnic in nauk, kolikor mogoče, jasna in poljudna. Posebna novost v obeh knjigah je „Berilo“, ki podaje deloma v izvornem grškem in latinskem jeziku, najlepše bisere katoliškega slovstva, ali pa razpravlja težavnejše tvarine gledé na krščansko dogmatiko in etiko. Pri šolskem in zasebnem poduku bote knjigi obrodili najlepši sad.

4. Über Ersuchen der Verlagsbuchhandlung Felizian Rauch in Innsbruck wird das soeben in achter Auflage erschienene „Lehrbuch der Kirchengeschichte zum Gebrauche an Schulen und zum Selbstunterricht von P. Meinrad Alois Bader, Bistzerzienser-Ordenspriester in Stams, vormalig Religionslehrer“ wärmstens empfohlen. Es enthält in gedrängter Kürze und in klarer Übersicht die wichtigsten Ereignisse des so umfangreichen Gegenstandes. Die

Darstellung ist lichtvoll, der Ausdruck präzise, gewählt, die Sprache vollendet. Das Buch, das broschiert K 1.80, gebunden K 2.20 kostet, eignet sich vorzüglich zum Schul- und zum Privatgebrauch.

5. In der Verlagsanstalt vorm. G. F. Manz in Regensburg ist soeben erschienen und wird hiemit zur Anschaffung empfohlen: Taschenkalender und Kirchlich-Statistisches Jahrbuch für den katholischen Klerus 1912. Redigiert von Dr. R. A. Geiger, Hochschulprofessor am kgl. Lyzeum Dillingen. Preis in biegsam Ganzleinenband Mark 1.—, inkl. Porto Mark 1.10. — Gesammelte Dokumente über den Antimodernisteneid, das Kinderkommuniondekret, das Dekret der Konsistorialkongregation „Doceute Apostolo“ vom 18. November 1910, betreffend das Verbot der Beteiligung der Kleriker an finanziellen Unternehmungen, das päpstliche Dekret „Maxima cura“ vom 20. August 1910 über die administrative Amtsenthebung der Pfarrer und Ergänzungen zum Dekrete „Ne temere“ bringt der 34. Jahrgang des Kalenders. Auf besonderen Wunsch ist ein alphabetisch geordnetes Verzeichnis der Heiligennamen mit Angabe der Festfeier beigelegt worden. Diese Erweiterung des Kalenders wird von den zahlreichen Freunden desselben gewiß begrüßt werden. Handlich im Format, billig im Preis, bietet das beliebte Kirchlich-Statistische Jahrbuch viel Wissenswertes für den Geistlichen und ist seine Empfehlung berechtigt.

6. Erster Homiletischer Kurs in Wien 1911. Vorträge und Verhandlungen im Auftrage der österreichischen Leo-Gesellschaft herausgegeben von Dr. Heinrich Swoboda. Mit einem Titelbild: Porträt von Klem. Mar. Hofbauer. Wien I., 1911. Verlag von Heinrich Kirsch. — Bekanntlich wurde in Wien in den Tagen vom 14. bis zum 16. Februar 1911 der erste Homiletische Kurs abgehalten. Wie es das F. B. Ordinariat nicht unterlassen hatte, die Abhaltung dieses sehr wichtigen Kurses im Kirchlichen Verwaltungs-Blatte für die Lavanter Diözese (1910, Nr. XIII. Abf. 121) den hochw. Herren Seelsorgspriestern anzuzeigen und hiebei den Wunsch zum Ausdruck zu bringen, es möchten sich viele Priester der Diözese, so es ihnen nur die Umstände erlauben, an dem Kurse beteiligen, so empfiehlt es auch jetzt sehr gerne und warm dem hochw. Klerus obiges Buch zur Anschaffung und Lesung. Das Buch selbst kostet im Buchhandel 3 K 60 h, zählt 213 Seiten und bringt im ersten Teile (S. 1—160) die gediegenen Vorträge der einzelnen Herren Referenten über die ihnen zugewiesenen Themata und im zweiten Teile (S. 161—208) die Vorgeschichte und den Verlauf des Kurses zum Abdruck. Damit sich aber der hochw. Klerus um das Buch umsomehr interessiere, sei erwähnt, daß unter den Referenten auf dem Kurse auch unsere F. B. theologische Lehranstalt durch den Theologie-Professor Dr. Josef Somref vertreten war und daß

dieser einen Vortrag über „Systematik der Themenauswahl mit Rücksicht auf die Benützung der heiligen Schrift“ hielt.

7. Über Ersuchen der Verlagsbuchhandlung Breer und Thiemann in Hamm (Westf.) vom 3. Oktober 1911 wird zur Verbreitung in den katholischen Familien dem hochwürdigen Klerus bestens empfohlen das „Katholische Familienblatt“, das nunmehr in den zweiten Jahrgang tritt. — Das Blatt ist seinem Programme treu geblieben. Furchtlos und treu tritt es in erster Linie für die religiöse Überzeugung der Katholiken ein und verteidigt die katholischen Glaubens- und Sittenlehren. Es ist ferner eifrigt bestrebt, an Text und Illustrationen nur das Beste zu bringen. Spannende, sittenreine Romane, kleinere Novellen, Erzählungen, Reisebeschreibungen, schöne Gedichte fesseln das Interesse des Lesers. Der Erfolg, den das Blatt durch unermüdete Arbeit seitens des Verlages gezeitigt hat, liegt in der Tatsache, daß dasselbe bis jetzt in 62.000 Familien Eingang gefunden hat. — Jährlich erscheinen 18 Hefte à 30 Heller. Gesamtpreis per Jahr Mk. 4.50 oder K 5.40. Die Bezahlung des ersten Heftes verpflichtet zur Abnahme des ganzen Jahrganges mit 18 Heften. Inhalt des 1. Heftes des 2. Jahrganges: An unsere verehrlichen Leser (S. 1). Vater unser (S. 1). Ein Wille — ein Weg. Roman nach dem Englischen von F. Nemo (S. 3—12). Frisch

gewagt! Gedicht von P. Saget. Ans eigene Herz. Gedicht von Louise Hensel. Der Reiz der Heide. Skizze von Johannes Trojan (S. 12—14). Das Amulet (Erzählung). Die drei Assistenten. Gedicht von Dr. A. Pohl. Eine Gerichtsitzung im Urwalde. (Erzählung). Goldene Regeln für Ehemänner. Der Geheimpolizist. Kriminalroman von Conet Guerault, deutsch von E. Helmer (S. 19—29). Eine große Untugend. Für die Frauen (S. 30—32). Außerdem schmücken das Blatt neun Illustrationen.

8. Rekrutenpredigten. Religiöse Unterweisung für die Neueingerückten von Th. Dr. Rudolf Zhánel. Prag, 1910. 172 S. — Da auch der Zivilseelsorger nicht selten in die Lage kommt, Jünglingen vor ihrer Einrückung zum Militär Unterweisungen über den Soldatenstand zu halten, vorliegendes Buch aber vier derartige Unterweisungen oder Betrachtungen dem Prediger in ausgezeichnete Weise bietet, so wird dasselbe allen hochwürdigen Seelsorgepriestern zur Anschaffung und gelegentlichen Benützung hiemit bestens empfohlen. Die Betrachtungen lauten: I. Der Soldatenstand im Allgemeinen. II. Die Devise: „Mit Gott für den Kaiser und König, für's Vaterland.“ III. Der Fahneneid. IV. Der Defalog des Soldaten. — Gedruckt und verlegt wurde das vortreffliche Buch bei der Cyrillo-Method'schen Buchdruckerei (B. Kotrba) in Prag.

123.

**Diözesan-Nachrichten.**

**Investiert** wurde Herr Anton Bolkovič, Kaplan zu Hl. Kreuz bei Luttenberg, auf die Pfarre Hl. Geist in Artiee.

**Ernannt** wurde Herr Johann Markošek, Religionslehrer an den städtischen Bürgerschulen in Marburg, zum Religionslehrer an der k. k. Staatsrealschule in Marburg.

**Bestellt** wurden die Herren: Matthias Slavič, Doktor der Theologie, deutscher Prediger und Katechet in Cilli, zum suppl. Theologie-Professor des Bibelstudiums A. B. und der orientalischen Dialekte an der F. B. theol. Lehranstalt sowie zum Studienpräfekt im F. B. Knabenseminar in Marburg; Johann Cv. Kociper, Religionslehrer am k. k. Staatsgymnasium in Marburg, zum Vizeregens im F. B. Knabenseminar in Marburg; Martin Petelinšek, Dom- und Stadtpfarrkaplan in Marburg, zum suppl. Religionslehrer an den städtischen Bürgerschulen in Marburg; Anton Tkavec, Chorvikar, zum Dom- und Stadtpfarrkaplan; Johann Bogovič, Vorstadtpfarrkaplan zu St. Magdalena, zum Chorvikar an der Dom- und Stadtpfarrkirche in Marburg; Vinzenz Lorenčič, Kaplan zu St. Anna am Kriechenberge, zum Provisor zu St. Oswald im Drauwalde.

**Übersetzt** wurden die Herren Kapläne: Franz Doberšek von Hoheneck nach Sachsenfeld (II.); Adolf Gril von Remšnik nach Hohenmauten; Johann Hribar von St. Marein nach Süßenberg; Anton Jehart, Doktor der Theologie, von Sachsenfeld als deutscher Prediger und Katechet nach Cilli; Anton Kovačič von Zibika nach Monsberg; Franz Letonja

von Stalis nach St. Anna am Kriechenberge; Franz Ostrž von Maria Neustift bei Pottau nach Hl. Kreuz bei Luttenberg; Josef Pinter von Hohenmauten nach Cilli (III.); Anton Pučnik von Cilli nach St. Marein (I.); Franz Rampre von St. Veit bei Grobelno nach Mahrenberg; Franz Segula von Lüsser nach St. Magdalena in Marburg (III.); Simon Simonc von Süßenberg nach Hörberg; Franz Škof von Mahrenberg nach Gams bei Marburg.

**Angestellt** wurde Herr Anton Srebre, Kaplan in Saldenhofen, als Aushilfspriester zu St. Valentin bei Süßenheim.

**Neuange stellt** wurden als Kapläne die absolvierten Herren Theologen des IV. Jahrganges: Ignaz Bervar in Maria Neustift bei Pottau; Johann Golec in Remšnik; Wenzeslaus Jastrobnik zu St. Veit bei Grobelno; Franz Kompolšek in Stalis; Johann Ogulin in Hoheneck (II.); Franz Ostere zu St. Martin am Pachern; Franz Pavlič in Lüsser (II).

**Beurlaubt** wurde krankheitshalber Titl. Herr Franz Feuß, Doktor der Theologie, F. B. Geistl. Rat und Professor des Bibelstudiums A. B. und der orientalischen Dialekte an der F. B. theol. Lehranstalt in Marburg.

**Gestorben** ist Herr Simon Petek, Kaplan in Monsberg, am 19. September im 35. Lebensjahre.

**Unbesetzt** ist geblieben der Kaplansposten in Zibika.

**F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,**

am 15. Oktober 1911.

† **Michael,**  
Fürstbischhof.